UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

S. Engelbertus Episc. M. 7. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Visual Library

apud vos ſi exulaverint, ab exilio caſtitas redibit. *Ex D. Gregor.*

Ne ſub eodem cum mulieribus tecto manſites, nec in præteritâ caſtitate confidas, Nec ſanctior Davide, nec Samſone fortior, nec Salomone potes eſſe ſapientior; memento ſemper, quòd Paradiſi colonum depoſſeſſione ſuâ mulier ejecerit. S. Hieron. Epiſt. 2.

S. ENGELBERTUS EPISC. M.
7. Novembris.

CUnas, vitam, Mortem, omnia in ENGELBERTO præclara reperio, & digna infulâ Colonienſi, quam ille, uti & libertatem Eccleſiæ, etiam contra cognatum ſanguinem (audiant utinam hæc illi, qui Chriſti patrimonia ſua putant, & in ſuos effundunt!) toto pectore propugnavit, ipſique adeò vitæ ante habuit. Neque enim alia ulla fuit cauſa Friderico Iſenburgenſi Comiti, & patrono ENGELBERTI, cur ſub annum milleſimum, ducenteſimum & vigeſimum quintum, immiſſis ſicariis ex itinere nepotem obtruncaret, parricidio tot ſceleribus, quot vulneribus pleno, quæ quadraginta & ſeptem erant. Nec verò minus piè, quàm fortiter eſt mortuus ENGELBERTUS. Nam, ut taceam *Virginem* ſolemni omnibus diebus Mercurii jejunio cultam, monitus per literas de inſidiis, animum quidem con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

confeſſione purgavit & lacrymis expiavit, cæterùm ut ne hoſtem proderet, igni literas damnavit. Fridericum deinde, cùm jam parturiret ultimum ſcelus, hoſpitio non ſemel cum ſuis excepit, neque comitem haberæ viæ abhorruit, utque malus Genius ex ore alieno palàm faſſus eſt, moriens Chriſto Chriſti verbis pro hoſtibus ſuis ſupplicavit, facultatem ob id nactus mira (quæ innumera ſunt) patrandi. Sub idem ferè tempus lunæ geminam alteram lunam cœnobita vidit gladio inſignem, ne dubitaret orbis, ſideribus novum ſidus *Engelbertum* additum. *Ex Surio.*

Optimum vindictæ genus eſt, culpam ignoſcere, & humanitatis beneficia non negare; mala pati, & ſtilicidia gratiæ communicare. Hoc ſupernæ Deitatis opus eſt quæ quotidie innumerabiliter injuriis laceſſitur, & ſuſtinet; blaſphematur, & non iraſcitur. S. Laur. Iuſtin. de Caſto connub. c. 18.

S. GODEFRIDUS EP. 8. *Nov.*

COepit GODEFRIDUS in tempore (quinquennis utpotè) ad ſanctitatem inter cœnobitas conniti, Muſis juxtà & pietate ſuccollantibus. Anno ætatis XXVI. Abbas, inde Pont. Ambianenſis, mirum eſt quàm benignum ſe miſeris exhibuerit, tredecim quotidie de his epulo

ſoli-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN